

at. sequitur. Et erit transitus virge funditus quam requiescere faciet dominus super eum. Quia diabolus non solum virgam id est crucem timet. Sed etiam transitum virge id est signum crucis. Legitur de beata virgine Justina cum diabolus grauiter temptaret eam facto signo crucis fugauit diabolus. Tercio saluat ih̄s ab omnis miserie calamitate Philippen. iij. Saluatorem expectamus dominum ih̄m christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Ecce hic dñs ih̄sus appellat saluator qui saluauit animā ab omni calamitate. Appellat etiā reformator quia reformabit corp⁹ nostrū tollēdo omnē defectibilitatē. Et erit qñ corruptibile induet incorruptōē et mortale immortalitē. tunc anima nunq̄ tristabit. corp⁹ nunq̄ immutabit. nō erit ibi fames neq̄ sitis. neq̄ estus. neq̄ frigus. neq̄ egritudo. neq̄ mors. Et omne bonū ibi erit et nullū malū p̄stante domino ih̄u nostro saluatore qui est benedictus in secula. Amen.

In epiphania domini sermo. Sermo.

Intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius et procidentes adorauerunt eū et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirram.

Matth. secundo. Ne aduentus christi qui propter homines in mundum venerat hominib⁹ ignotus esset. ideo christus se hominibus manifestauit in hora natiuitatis pauperibus pastoribus. hodie diuitibus regibus ut ostenderet se p̄terea venisse in mundum ut et diuites et pauperes perduceret ad regnum celorum. Nota q̄ in verbis premissis septem vtilitates aduentus christi describuntur. Per christum siquidem celum referatur. Ioco dicitur intrantes domum. Deus manifestatur. Ioco dicitur inuenerunt. Ira dei mitigatur. Ioco dicitur puerum. Deus cum hoīe hitaē dignat. Ioco dicitur cum maria matre eius. Humilitas ampliatur. Ioco dicitur procidentes. Cultus dei multiplicatur. Ioco dicitur adorauerunt cum. Auaricia propulsatur. Ioco dicitur apertis thesauris obtulerunt ei aurum thus et mirram. Primo dico quod per christum celus referatur. Istud innuitur cum dicitur intrantes domum. Per hoc enim quod domus illa in qua christus fuit aperta erat et introitus

patuit. signatur q̄ per christum celestis domus aperiri debuit. **ysaie. xxiij.** Dabo clauem domus dauid id est regni celestis super humerum ei⁹ supple in cruce. aperiet ⁊ non erit qui claudat. claudet ⁊ non erit qui aperiat. Ante christi aduentum celum clausum fuit ppter peccata primorum parentum ita q̄ amodo nullus sanctus intrare poterat. infernus vero apertus ita q̄ omēs descenderunt. **ysaie. xlv.** Dilatauit infernus animam suam id est interiorē partem vt damnatos reciperet ⁊ aperuit os suum id est exteriorē ptem hoc est limbū vt scōs reciperet absq̄ termino. quia omnes recepit. **ideo sequit̄.** Descendēt fortes eius ⁊ ppls eius et sublimes gloriof⁹ ei⁹ ad eum. Sed quid factū est venit xp̄us destruxit limbum apuit celum ita q̄ amodo nullus scūs ad infernū descendz. h̄ poci⁹ sine impedimēto ad celum ascendet itaqz dicit̄ aperuit ⁊ nō erit qui claudat. **Ideo dicitur Apo. iij.** Vidi ⁊ ecce hostium apertum in celo ⁊ vox prima quā audiui tanquā tube loquētis mecum dicens ascēde huc festina ad celum quia non solum hostiū apertum est h̄ etiā inuitaris. ideo dicitur ascende ⁊ quod plus per flagelluz opelleris vt intres. **Lu. xij.** Eri cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis ⁊ pauperes ac debiles cecos ⁊ claudos introduc huc. Et sequitur Eri in vias ⁊ sepes ⁊ compelle intrare vt impleatur domus mea. Turre q̄diu celū apertum est q̄diu inuitaris si negligis tempus intrare nō poteris. Ille enī qui modo aperuit celū ille idem adhuc claudz ita q̄ nemo intrare poterit. **Math. xxv.** Que pate erant intrauerunt cum eo ad nupcias ⁊ clausa est ianua. Secundo p christū deus manifestat̄ istud innuitur cum dicitur. inuenerunt. Ante christi aduentum deus absconditus erat. **ysa. xlv.** Vere tu es deus absconditus ideo inueniri non poterat. **Canticor. iij.** In lectulo meo quesui per noctes quem diligit anima mea quesui ⁊ non inueni. Nota q̄ deus inueniri non poterat quia se ab homine absconderat. In celis ambula- bat ⁊ homo a deo propter peccatum multum distabat. Nunc autē dominus inueniri potest quia mundo apparuit. **Thi. ij.** Apparuit gracia dei ⁊ saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatem ⁊ secularia desideria sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem et aduentum glorie magni dei. Item lux in mundum venit. **ysaie. ix.** Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam habitantibus in regi

one vmbre mortis lux orta est eis. In huius signum nato christo magna lux circumfulsit pastores ⁊ stella apparuit magis. Itē dominus prope est ad Philip. iij. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete modestia vestra nota sit omnibus hominibus dominus enim prope est. Quere ergo dominum q̄diu prope est ⁊ inuenies. ysa. quinquagesimo q̄sto. Querite dominum dum inueniri potest inuocate eum dum prope est. Derelinq̄t impius viam suam et vir iniqu⁹ cogita. su. ⁊ reuer. ad dñm ⁊ misere. ei⁹. **Tercio** p christum ira dei mitigatur. Istud innuitur cum dicitur **pueruz.** Queri enī solent esse mites ⁊ sine ira. Ante aduentum christi deus iratus fuit contra hominem ita q̄ eum nullus placare poterat ⁊ adeo iratus q̄ propheta compulsus est clamare ⁊ dicere. Nunquid in eternum irasceris nobis aut extendas iram tuam a generatione in generationem. quasi diceret. Tam iratum ostendis te hominī quasi nunq̄ velis placari. Sed ne videatur hoc dixisse desperando subiungit prophetādo. Deus tu conuersus supple ab ira tua viuificabis nos ⁊ plebs tua letabitur in te supple placato qui modo turbatur te irato. Hoc factum est quando puer ihesus venit in mundum qui iraz patris placauit. Iste est puer de quo dicitur in persona patris Mathei duodecimo. Ecce puer meus electus quem elegi dilectus me⁹ in quo complacuit anime mee. Quā iratus quondam fuerit dominus perpende in primis parentibus expulsis de paradiso. perpende quod fere totum mundum deleuit diluuiο. Attende eciam homo quod tot milibus annorum reliquit dilectos suos in lybmo. Tam iratus fuit dominus quod homines non accedere audebant ad eū Exodi vicefimo. Cunctus populus audiebat voces ⁊ lampades videbat et sonitum buccine montem q̄ fumigantem et perterriti et pauore concussi steterunt procul dicentes moisi. Loquere tu nobis ⁊ audiemus te non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Ideo mox apparuit in specie pueri vt omnes securi accedant ad ipsum propter quod hodie magi secure intrauerunt domum et inuenerunt puerum. Psalmista. Accedite ad eum ⁊ illuminamini ⁊ facies vestre non confundentur. **Quarto** per christum deus cum homine habitare dignatur. Istud innuitur cum dicitur. Cum maria matre eius. Ecce deus cum hominibus habitat. de quo dicitur Apocalipsis vicefimo p̄mo. Ecce tabernaculuz dei cū hōib⁹ et

habitauit cum eis et ipsi populus eius erunt et ipse deus cum eis erit
eorum deus. **O**mnis ineffabile beneficium collatum est nobis per christum vi
delicet quod deus habitare vult nobiscum. **I**deo nomen christi vocatum est ema
nuel quod interpretatur nobiscum deus. **A**n christi aduentum tot peccatis in
quinatum fuit mundus tam sedita erant corda hominum quod deus in eis ha
bitare non poterat nisi in valde paucis sanctis qui tunc erant. **D**eus enim
non vult habitare in corde quod est inquinatum peccato. **Sap. i.** In maliv
uola animam non introibit sapientia. **I**ncrēata nec habitat in corpore
subdito peccatis. **S**pūs enim sanctus discipline effugiet fictum et auferet se
a cogitationibus que sunt sine intellectu. **N**is scire quā inquinatus
fuerit mundus ante christi aduentum audi quid dictum est de eius statu an
diluuium. **Gen. vi.** Omnis caro corrumptam viam suam super terram et
dixit dominus ad noe. **F**inis vniuersę carnis venit coram me. **R**epleta ē
terra iniquitate a facie eorum et ego disperdam eos a terra. **D**e statu post
diluuium dicit **ps.** Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitati
bus non est qui faciat bonum. **P**ostquam autem christus venit in mundum et
fudit sanguinem suum in cruce. **L**auit corda nostra a peccatis et hitacula
deo fecit. **Ep̃. ij.** dicit de christo in quo omnis edificatio constructa cres
cit in templum sanctum in domino in quo et vos edificamini in habitacu
lus dei in spiritu sancto. **H**oc utique per sanguinem christi. **Hebr. ix.** Sanguis
christi qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum deo viuēti emunda
uit conscientiam nostram ab operibus mortuis. **I**. peccatis ad seruēdum
deo viuēti. **S**ed heu multi adhuc abiciunt deum ne habitent in cordi
bus eorum quando corda in baptismo mundata peccatis inquinant. **T**a
les abiciet deus a suo hitaculo in die nouissimo cum dicet eis. **I**te ma
ledicti in ignem eternum etc. **Matth. xxv.** Tres magi deum in cordibus
suis habuerunt ideo puerum ihesum quesierunt et inuenerunt. **S**i tu vis
puerum inuenire non in stabulo sed in celo cum matre sua regnāte
munda te a peccatis ut deus in te habitet et sic eo duce eum inuenies.
Prouerbi. viij. Qui me inuenerit inueniet vitam et hauriet salutem a
domino. **Q**uito per christum humilitas ampliat. **I**stud innuit cum di
citur **ps.**identes. **E**cce quanta humilitas reges precipiunt coram pue
ro adhuc vagante attēde. **h**umilis erat ibi puer. **h**umilis mat. **h**umil
ioseph. **h**umile hospiciū et ideo supbia locum ibi non habuit. **v**n sup
bus herodes illuc non puenit sed humiles reges qui superbum hero
dem non curauerunt. sed cum humilitate humilem ihesum quesie

rūt. Jam spiritus sanctus eorum cordibus suggererat quod postmodum per apostolum petrum expressit dicens. omnes humilitatem infinuare. Quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. humiliamini ergo sibi potestati manu dei ut vos exaltet in die visitationis. Ante aduentum christi multum viguit studium superbie in quo studio diabolus magister erat Ipse inuenerat superbiam in celo et per eam eiectus fuit. postmodum propositum fuit eam pariter perire et per eam eos imo totum genus humanum perdidit. **Eccli. i.** Inicium superbie apostatare a deo qui fecit illum recessit cor eius quoniam inicium omnis peccati superbia. pauci tunc curauerunt humilitatem. ideo christus venit in mundum ut doceret humilitatem **Matth. xi.** Discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus vestris. Audi o homo due sunt scolae in mundo. scilicet christi in qua docetur humilitas et diaboli in qua docetur superbia. Si manseris in scola christi et seruaueris humilitatem saluaberis. si autem in scola diaboli et didiceris superbiam damnaberis. quia omnis qui se exultat humiliabitur et e contra. **Luc. xviij.** Scolam christi magi isti per multa terrarum spacia quesiuerunt et cum intrassent eam videntes magistram christum in facie perciderunt. quasi dicant O christe qui es magister humilitatis cuius discipuli esse cupimus humilitatem discere volumus ideo coram te percidimus. **Secundo** per christum cultus dei ampliatur Illud innuit cum dicit. Adorauerunt eum **ysa. lx.** Venient ad te omnes qui detrahebant tibi et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. Ecce gentes prius coluerunt deos qui vero deo detraxerunt modo adorant. Ante aduentum christi pauci coluerunt deum multi adorauerunt idola. **Rō. p.** Commutauerunt veritatem dei in mendacium id est honorem veri dei impendebat deus falsis. ideo sequitur Coluerunt et seruiuerunt creature magis quam creatori qui est benedictus in secula **Job. xxi.** Quis est omnipotens ut seruiamus ei et quid proderet nobis si orauerimus eum. Postquam autem christus venit in mundum cultus dei ampliatus est. **psal.** Omnes gentes quascunque fecisti venient et adorabunt coram te domine et glorificabunt nomen tuum. Olim iudei coluerunt deum in una terra modo colunt per totum mundum. Impletum est modo quod predixit dominus per **Malachiam propheta** tam. Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus et in omni loco sanctificatur et offertur oblatio munda nomini meo. Hec oblatio est corpus christi quod per totam ecclesiam singulis diebus pro salute tam uiuorum quam mortuorum offertur deo. **Septimo** per christum

auaricia ppulsatur Istud innuit cū dicit. et aptis thesau. su. obtu-
lerūt ei mune. **Auar** claudit thesau. suū nulli aliq̄o dat. **Magi** ve-
ro aperuerūt vt offerret x̄po qui ē f̄oargutor auaricie. amator pau-
pertatis. **Ann** x̄pi aduētū regnauit auaricia i mūdo. **Jē. vi.** **A** maio-
ri vsq; ad minore oēs studēt auaricie. **pau**ptas tē fuit i maledictō-
ne. **p̄s.** Nutantes transferātur filij eius ⁊ mēdicent. **Pr**o q̄ autem
x̄ps venit in mundū oītra auariciā p̄dicauit. **Lu. xiiij.** Nisi quis re-
nunciauerit omnib; q̄ possidet nō potest esse me⁹ discipul⁹. **pau**per
res beatificauit. **Mat. v.** **Beati** paupes spū quoniā ipsoz est regnū
celoz. **hunc** paupem x̄pm magi ab oriente veniētes q̄sierunt. inue-
nerūt ⁊ ei munera obtulerunt p̄ciosa tanq̄ auaricie oīemptores.
O homo si vis cum magis x̄p̄z inuenire habeas in te spūaliter que
ad līam circa magos fuerunt corpaliter. **venias** ab oriēte vt habe-
as veram fidē. **sequaris** stellā id est clarā vitam scōz. **intra** iheroso-
limā per pacificā ouersacōnē. **quere** vbi sit puer in oīessione. **p̄cide**
p humilitatē. **adora** per deuocōem. **offer** aurū vere dilectōis. **thus**
oītinue oīōis siue deuocōis. **mirrā** carnis mortificacōis **vt** cū cū dē
magis possis gaudē gaudio magno valde in celo de iocunditate
eterne p̄fructōis **vbi** videbit in maiestate sua qui est benedict⁹ in
secla. **Amē.**

Dominica p̄ma post ephiam. Sermo.

Adū est p̄⁹ triduū inuenerūt eū in tēplo. **Lu. ij.** In his
bis instruimur de duob; .s. q̄liter x̄pm querē debeam⁹ ⁊ vbi
ipsū inuenire valeam⁹. **p̄mo** describit mod⁹ inq̄siciōis cuz
ōz. **sc̄m** est p̄⁹ triduū. in hoc dat nobis forma q̄liter x̄pm q̄rere de-
beam⁹ qz p̄seuerant. **Ecce** p̄ntes x̄pi nō inueniētes x̄p̄z corpaliter
p̄mo vl̄ sc̄do die n̄ cessauerūt q̄rere donec inuenirēt. **fic** ⁊ tu nō cessa
q̄rere spūaliter donec inuenias. **Sc̄do** describit loc⁹ inuēcōis cū s̄biū
gitur. **inuenerūt** eū in tēplo. **ibi** enī inuenit x̄ps nō in taberna. **Nō**
q̄ vult inuenire x̄pm oīz eū q̄rere diligēter. sapiēter ⁊ decēter. **P̄rio**
oīz eū querere diligenter quātum ad tria. **ille. n.** diligēter q̄rit qui q̄-
rit. **per** diligētem inquisitionē. **p̄** vestigiōz imitacionē. **per** inderi-
uentem cōtinuacōem. **Qui** ergo christū vult inuenire primo debet
querere per diligēte inquisitionē. **Mat. ij.** **Magi** ab oriente vene-
runt iherosolimā querentes ⁊ dicentes. **vbi** est qui natus est rex iu-
derum. **Et** dicitur ibi qd̄ cum expediti essent per legis doctores qd̄
in Bethleem ⁊ cum illuc venissent intrantes domum inuenerunt